



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Additiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

de Tannenberc, Schvziger de Mindelberc, Engelscaucus & Harman de Heginberg, Vricus Præpositus de Möringen, & alij quàm plures &c. Signum Domini Friderici Regis Rom. inuictissimi Regis Siciliae.

EGO Conradus Spirensis & Metensis Episcopus, & Imperialis aulae Cancellarius recognoui. Acta sunt hæc anno ab Incarnatione Domini, 1220. Indiæ VII. Regnante Domino Friderico Rom. Rege glorioso, Anno regni eius VIII. Datum apud Augustam, XVI. Calead. Septembris.

ADVOCATIA huius Monasterij ad Duces Bavariz peruenit, post Concilium Constantiense.

NOBILES ibi sepulti de Schvvangau.

De Hochenecck Sueui.

### ADDITIONES.

#### Confirmatio omnium bonorum Monasterij 1156.

**A**drianus Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis *Anselmo* Præposito Ecclesiæ *S. Ioannis Baptistæ* de *Staingaden* eiusque fratribus tam præsentibus quàm futuris, regularem vitam professis inperpetuum. Religiosam vitam eligentibus, apostolicum conuenit adesse præsidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incurfus, aut eos à proposito reuocet, aut robur quod absit sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus & præfatam Ecclesiam ab illustri Duce *Guelphone* in proprio allodio fundatam, in qua diuino mancipati estis obsequio, ad exempla prædecessoris nostri felicitis memoriæ *Eugenij* Papæ, sub *B. Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, vt ordo Canonicus, qui secundum *B. Augustini* Regulam, & institutionem, Præmonstratensium, in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Nec alicuius fratrum, post factam inibi professionem, absque Præpositi licentia liceat ex eodem claustro discedere, discedentem verò nullus audeat retinere. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: in Episcopatu *Augustens.* ecclesiam *Ingenrieth* cum decimis, & alijs ad eam pertinentibus à venerabili fratre nostro *Conrado Augustens.* Episcopo canonicè vobis concessam, Prædium quod dicitur *Sibenaich*, plebem & decimas à memorato Episcopo legitime vobis concessas, partem quoque cuiusdam beneficiij, id est, octo mansos, in loco qui dicitur *Marchtoif*, quam tu dilecte fili *Anselme* Præpositus de manu *Theoderici* de *Pounb.* assentiu & conuenientia tam venerabilis fratris nostri *Conradi Augustens.* Episcopi, quàm Canonorum & ministerialium ipsius Ecclesiæ septuaginta talentis redemisse dignosceris, sicut in scripto eiusdem fratris nostri Episcopi continetur, vobis nihilominus confirmamus. Sane noualium vestrorum sine de nutrimentis vestrorum animalium, nullus à vobis decimas præsumat exigere. Porro consecrationes altarium seu Ecclesiarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi à Dyocesano suscipietis Episcopo, siquidem catholicus fuerit & ea gratis ac sine prauitate vobis voluerit exhibere.

*Metrop. Salub. Tom. III.*

88 3

Alio-

Alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis adire antistitem, qui nimirum nostra fultus autoritate, quod postulatur indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum qui scilicet sepeliri deliberauerunt deuotioni & extremæ voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstitat, salua tamen iustitia matricis Ecclesiæ. Ad hæc adiucentes censemus, ut Ecclesiæ vestra nullum habeat aduocatum. Ob eunte verò tenente eiusdem loci Præposito, nullus ibi qualibet surreptionis astucia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi assensu, vel fratrum pars consilij sanioris secundum DEI timorem & B. Augustini regulam sibi prouiderint intelligendum. Præterea si generale interdictum in parochia fuerit promulgatum, nihilominus clausis januis, non pulsatis tintinnulis, exclusis excommunicatis & interdictis submissa voce diuina celebrandi officia facultatem liberam habeatis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat supradictam Ecclesiæ temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conferuentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnibus profutura, salua nimirum apostolicæ sedis auctoritate & Dyocesani Episcopi canonica iustitia. Ad indicium autem huius à sede apostolica perceptæ protectionis, vnum bizantium aureum, nobis nostrisque successoribus annis singulis persoluetis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hæc nostræ constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire tentauerit, secundò tertioque commonita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & à sacratissimo corpore ac sanguine DEI & Domini redemptoris nostri IESU CHRISTI aliena fiat atque in extremo examine districtæ ultioni sublata; cunctis autem eidem loco sua iura seruancibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.

✠ Ego *Hubaldus* presbyter  
Cardinalis Ecclesiæ *Prædixi*,

✠ Ego *Iulius* presbyter Card.  
Ecclesiæ S. *Marcelli*,

✠ Ego *Bernhardus* presbyter  
Card. Ecclesiæ diui *Clementis*.

Datum *Beneuenti* per manum *Rolandus* S. *Romane* Ecclesiæ presbyteri Cardinalis & Cancellarij. 2. Calen. Iunij indict. 4. incarnat. Dominicæ Anno 1156, Pontificatus verò Domini *Adriani* Papæ quarti Anno secundo.

✠ Ego *Ostauianus* presbyter Card.  
Ecclesiæ S. *Cecilie*.

✠ Ego *Gerardus* presbyter Card.  
S. *Stephani* in *Calio monte*.

✠ Ego *Ioannes* presbyt. Card. sanctorum  
*Ioannis, Vlrici* & Ecclesiæ *Lamachel*.

**A**LLEXANDER Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto filio nobili viro Duci *Guelphoni* salutem & apostolicam benedictionem. Cum sciamus honori & incremento sacrosanctæ *Romane* Ecclesiæ diligenter intendere ac circa personam nostram multa deuotione seruere, te sicut spiritualem & deuotum Ecclesiæ filium, quem sincera in Domino caritate diligimus, cupimus honorare ac preces & petitiones tuas in quantum salua honestate nostra possumus animo libenti admittere, & vtiliter affectu prosequente complere. Inde est quod Ecclesiæ, apud quam corpus filij tui est tumulatum, quæ venerabilis frater noster *Frisingensis* Episcopus ad preces tuas consecrauit, sub beati *Petri* & nostra

& nostra protectione suscipimus, auctoritate apostolica statuente, ut non liceat *Augustensi* Episcopo vel alij de præscripta consecratione quaestionem mouere aut præfata Ecclesiæ nouas & indebitas consuetudines imponere, vel ipsam seu clericos, qui in ea domino seruiunt indebita molestatione grauare. Sane si omnipotens Dominus dederit, quod Ecclesia possit optata pace gaudere, & quod inter Ecclesiam & imperium pax sicut credimus reformetur, *Augustensi* Episcopo firmiter præcipimus, ne clericis in terra tua manentibus, catholicis Episcopis ordinis susceperunt occasionem perceptorum ordinum per se vel per alios molestiam inferat vel grauamen, & quod ab eorum & Ecclesiarum ipsorum indebita molestatione penitus conualescat. Datum *Venetia* in *Riuoalto*, 7. Cal. Iunij.

**A**lexander Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Abbati & fratribus, *S. Ioannis Baptistæ* de *Staingaden*, Salutem & Apostolicam benedictionem. Significauit nobis dilectus filius noster, nobilis vir Dux *Guelfo*, quod Ecclesiam vestram, quæ est in suo fundo ædificata & apud quam filius eius tumulatus, & ipse tumulari elegit Venerabilis frater noster *Frisingensi* Episcopus ad preces præfati Ducis & vestras consecrauit, quia licet Ecclesia ipsa sit in confinio *Augustensi* & *Frisingensi* Episcopatum, idem tamen Episcopus in priuilegio Ecclesiæ suæ reperit præscriptam Ecclesiam ad suam iurisdictionem spectare. Ne igitur *Augustensis* Episcopus occasione ipsius consecrationis vos vel Ecclesiam ipsam indebita molestatione fatiget eandem consecrationem ratam habemus & firmam prohibentes ne prædictæ consecrationis obtentu *Augustensis* Episcopus vobis vel Ecclesiæ vestræ molestiam seu grauamen irrogare præsumat, ad hæc officij nostri debito prouocati & eiusdem Ducis precibus inclinati, quomodo memoratus Dux, à principio nostræ promotionis, vobis deuote adhererit, & fideliter in deuotione nostra & Ecclesiæ perstiterit, nihilominus ad memoriam reducentes Ecclesiam vestram cum omnibus bonis quæ in præsentiarum legitime possidet, aut in futurum iustis modis præstante Domino poterit adipisci sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus & presentis scripti patrocinio communimus: statuente, ut non liceat *Augustensi* Episcopo vel alij vobis vel Ecclesiæ vestræ supra præscripta consecratione quaestionem mouere aut nouas & indebitas consuetudines imponere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem omnipotentis & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum *Venetia* in *Riuoalto*, 4. Idus Iunij.

**I**N NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis *Guelfo* Dei gratia. Dux &c. Quia iustis semper precibus & maxime religiosorum debent patere aures Principum. Eapropter ego Dux *Guelfo*, vtilem & honestam petitionem *Conradi* venerabilis Præpositi de *Staingaden* fratrumque ipsius effectu dignam æstimavi. Donationes igitur prædiorum, in quibus fundamenta *Staingadensis* Ecclesiæ primum ieci lapidem posteris per me, vel per meos legitime illuc contuli, ratas & inconuulsas permanere volens, huius scripti firmitudine, prædicto Præposito *Conrado*, & eius successoribus eas imposterum roboravi, ut causas inquietationis in futurum abscinderem, traditione quippe legitima manuque potestatiua, fundum ipsum in quo Ecclesia *Staingadensis* sita est, *S. Ioanni Baptistæ*, Deoque illic militantibus, cum consensu heredum nostrorum dedimus, totamque terram elaustrum adiacentem ab amne qui dicitur *Rotimbach*, vsque ad amnem, qui dicitur *Marckbach*, & à fluuio *Lico*, vsque ad flu-

uium qui dicitur *Hylabe* cum viis & semitis, cum pratis & agris, cum aquis & aquarum cursibus, cum montibus & nemoribus, cum mancipiis & colonis, & omnibus pertinentiis suis ex integro in vsum fratrum prænominatæ Ecclesiæ donauimus, prædium quoque *Dornorve*, prædium *Celle*, curiam *Schongouue*, *Ger. maringen*, *Ingenriet*, *Wärzinriedt*, *Franckinorve*, *Seon*, *Purinchorve*, *Ellehinbach*, *Mut. turshoua*, *Adillinderiedt*, *Ersfingen*, *Tegirpab*, *Nohigorve*, *Erigisrieth*, *Vrpach*, cum aliis quocunque iusto titulo acquisitis, prædium etiam in *Sybenach* & prædiū in *Igiligen*, prædium in villa montana, quæ dicitur *Ardis*, curiam *Horne* & curiam *Witergeltingen*. Si verò aliqua de prædiis, quæ iure proprietatis prænominatæ sunt Ecclesiæ collata, nomine beneficii, ab aliquibus detinentur, illis qui ea detinent decedentibus in vsum fratrum, ea de certo libera esse decerno, nec quenquam successorum meorum ad alias ea transferre personas volo. Hæc & alia cum omnibus suis pertinentiis per nos, & per ministeriales nostros prænominato loco iam collata, vel adhuc conferenda, collegio fratrum in *Staingaden* semper possidenda concedimus, & huius testamenti pagina roboramus, locum etiam ipsum cum omnibus suis ab omni anguria exemptum, soli Romanæ Ecclesiæ spe subsidij subiectum à grauamine aliorum liberum penitus esse volumus. Si quis verò hæc infringere tentauerit, regio fisco, & Camera successorū nostrorum, centum libras Augustensis monete pro sua contumacia soluere cogatur. Testes subscripti sunt *Hartvicius Augustensis* Episcopus, *Vdalricus* Comes de *Berge*, *Vieto* de *Rauensburg*, & filij eius, *Fridericus* de *Walbure* & filius eius, *Bertoldus* de *Vurte*, & filij eius, *VVerberus*, *Hermannus* de *VWärzensebe*, *Conradus Spannagel*, *Heinricus* de *Minndelbere* & filius eius *Heinricus*. Acta sunt hæc ann. Dñi 1183. Indictione prima, regnante *Friderico* Imperatore.

*Guelpho* Dux, &c.

**L**UCIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis *Conrado* Præposito Ecclesiæ *S. Ioannis Baptiste* de *Staingaden* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Monet nos apostolicæ sedis, cui licet immeriti præsidemus, auctoritas pro statu omnium Ecclesiarum prouida circumspectione satagare, & ne malignorum rapinis & molestiis exponantur, apostolicum ipsis patrocinium exhibere. Eapropter dilecti in Domino filij vestri iustis postulationibus elementer annuimus & præfaram Ecclesiam *S. Ioannis Baptiste* *Staingadens*, in qua diuino mancipati estis obsequio sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuantes, vt ordo canonicus qui secundum beati *Augustini* regulam atque institutionem *Præmonstratens*, fratrum in eodem loco institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quasunque possessiones, quasunque bona eadem Ecclesia in præsentiarū iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum, in quo prædicta Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, prædium in *Wiedergeltingen* & Ecclesiam inibi constructam, *Sardis*, Ecclesiam & cætera in Montanis conquesta, vineam & agros, prædium in *Horne*, cum piscaturis & molendinis *Alpibus* & aliis ad id pertinentibus: fundum ipsum in quo Ecclesia *Steingadensis* sita est ab amne qui dicitur *Rottenbach*, vsque ad amnem qui dicitur

112.

tur *Marbach*, & à flumine *Lico* vsque ad fluium qui dicitur *Hylache*, curiam mancipiis & colonis & omnibus pertinentiis suis, & prædium quoque *Dornovve*, & capellam, cum omni iure suo, prædium *Celle*, curiam *Schongau*, *Germaringen*, *Ingenrieth*, & Ecclesiam, cum plebe & decimis, *Vanzienriedt*, *Franchenovve*, *Seon*, *Buringovve*, *Morharkhoben*, *Hufen*, *Frankenrieth*, *Erstingen*, *Tegrinbach*, *Vogenhovve*, *Erichsriet* cum Ecclesia, prædium in *Sibenaich*, & prædium in *Igelingen*, prædium in *Stadel*, prædium in *Hohenfurch*, curiam *Enchienriedt*, curiam in *Bulzen*. Sane nonnullum vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis siue de nutrimentis animalium vestrorum, decimas à vobis nullus extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos è seculo fugientes hberos & absolutos ad confessionem recipere & eos sine contradictione aliqua retinere, prohibemus insuper vt nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem, sine Præpositi sui licentia, fas sit de eodem discedere, discedentem verò absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere, Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu Basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi à Diocæsano suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, gratiam Apostolicæ sedis habuerit, & ea gratis & absque prauitate vel exactione aliqua vobis voluerit exhibere. Alioquin ad quemcunque malueritis Antistitem recurratis, qui nostra fultus autoritate quæ postulantur indulgeat, autoritate quoque apostolica nihilominus duximus prohibendum, vt nullus aduocatus locum ipsum, vel quæ ad eum pertinent grauare seu quibuslibet indebitis exactionibus fatigare præsumat, sed his quæ antiquitus sibi concessa sunt, & adiusticiam suam pertinet contentus existat. Præterea nouas & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis seu Decanis, aliisue omnibus Ecclesiasticis personis, omnino fieri prohibemus. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat hanc præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conferuentur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, salua sedis apostolicæ auctoritate, & Diocæsani Episcopi canonica iusticia. Ad iudicium autem huius ab Apostolica sede præceptæ protectionis aureum nummum, annis singulis, nobis nostrisque successoribus persoluetis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire præsumpserit, secundo tertioque communita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere deperpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine DEI & Domini redemptoris nostri IESU CHRISTI, aliena fiat, atque in extremo examine diuinæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eodem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri IESU CHRISTI, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen, Amen.

Ego

Ego *Lucius* Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Ego *Theodinus* *Portuensis* & *S. Ruffinae* sedis Episcopus.

Ego *Heinricus Albanensis* Episcopus.

Ego *Theobaldus* *Hoftiensis* & *Velleghensis* Episcopus.

Ego *Ioannes* presbyter Card. Ecclesiae *S. Marci*.

Ego *Laborans* presb. Card. *S. Mariae* *Transtyber.* Ecclesiae *Calixti*.

Ego *Pander* Card. Ecclesiae *Basilicae duodecim Apostolorum.*

Ego *Albinus* presb. Card. Ecclesiae *S. Crucis* in *Ierusalem.*

Ego *Adelardus* Ecclesiae *S. Marcelli* presb. Card.

Ego *Ardicio* Diaconus Card. *S. Theodori.*

Ego *Gratianus* SS. *Cosmae* & *Damiani* Diac. Card.

Ego *Gofredus* *S. Mariae* in *vialata* Diac. Card.

Ego *Rolandus* *S. Mariae* in *Porticu* Diac. Card.

Ego *Petrus* *S. Nicolai* in *carcere Tullii* Diac. Card.

Ego *Radulphus* *S. Georgij* ad *velum aureum* Diac. Card.

Datum *Verona* per manum *Alberti* *S. Romanae* Ecclesiae presb. Cardinalis & Cancellarij 16. Calend. Iulij, iudictione 3. incarnationis Dominicae, Anno Millesimo Centesimo octuagesimo quinto, Pontificatus vero Dni *Lucij* Papae tertij anno quarto.

**I**N nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis, *Heinricus* Dei gratia Imperator & semper Augustus. Imperatoriam decet Maiestatem iustis honestorum & maxime religiosorum petitionibus virorum beneuolentiam praebere, ac libenter eas ad effectum promouere. Vnde preces auunculi nostri *Guelphonis* illustris viri nec non *Conradi* venerabilis Praepositi fratrum in *Staingaden* equas attendentes Ecclesiam *S. Iohannis Baptistae* in praedicto loco fundatam, Deoque illis seruituris nostri firmitudine privilegij communimus & in posterum quietem habere volumus. Omnes igitur concessiones, omnes donationes, per illustrem virum *Guelphonem* vel per Ministeriales eius, seu per nostros vel quoslibet alios praenominato loco iam legitime factas vel perficiendas ratas & semper incoeuulsas esse decernimus, & nullus quietem fratrum Deo illic seruientium turbare, aut eos iniuriare, angariare villo modo praesumat, interdicimus, si quis & de nostris praedijs, quae iure proprietatis iam illuc collata sunt, nomine beneficij seu feudi, ab aliquibus detinentur, illis qui ea detinent, decedentibus in usum fratrum de caetero libera esse sancimus, nec quemquam Successorum ad alias ea personas transferre volumus. Indulgemus adhuc fratribus ibidem degentibus, ut quicumque hominum nostrorum *scilicet Colinorum* seu etiam Ministerialium se ac bona sua voluerit ad eos conferre liberè possit facere, & absque consensu nostri requisitione. Possessiones vero quas idem Dux *Guelpho* manu potestatiua praefate contulit Ecclesiae, sicut viua voce coram nobis in praesentia Principum ac Curiae nostrae publice protestatus est, seu alij pro remedio animarum suarum eidem loco contulerunt, & quas in praesentiarum possident propriis duximus exprimendas vocabulis, fundum ipsum in quo praedicta Ecclesia sita est, totamque terram claustro adiacentem ab amne qui dicitur *Rotenbach* ad amnem qui vocatur *Marbach*, & a fluuio *Lico* vsque ad flumen quod dicitur *Ilache*, cum viis, semitis, pratis, agris, cultis & incultis, cum aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, montibus & nemoribus, cum mancipiis, colonis, & omnibus pertinentiis suis ex integro praeter pauca in planicie, quae dicitur *Hylchgon* a memorato Duce alienata & infeudata, praedium in *Widergeltingen* & Ecclesiam inibi constructam cum decimis a Domino *Vdalrico Angustensi* Episco-

Episcopo traditam, prædium in *Sybenach*, prædium in *Dornovve*, & capellam cum omni iure suo, prædium in *Ingenrieth*, & Ecclesiam cum decimis à Domino *Conrado* loci Diocæsano collatam, prædium *Sardis*, & Ecclesiam, ac cætera in montanis conquisita, vineas & agros, culta & inculta, prædium in *Horne*, cum piscaturis & molendinis, alpibus & venisferri, quod vulgo *Bergrecht Berchreth* dicitur, ac aliis ad id pertinentibus, prædium in *Erichsvieth*, cum Ecclesia inibi constructa, prædia in *Schongavv*, *Celle*, *Germaringen*, *Franckenovve*, *Seon*, *Buringovve*, *Husen*, *Franckenriedt*, *Erfsingen*, *Tegrinbach*, *Vogengovve*, *Stadela*, *Igelingen*, *Hohenfurth*, *Emichenrieth*, *Bulzon*, Constitutiones prærogatiuas libertatis, quas præfatus Dux, consentiente & approbante piæ recordationis diuo *Friderico* Imperatore patre nostro, prædictæ contradidit Ecclesiæ solennitèr innouantes confirmamus, videlicet, ut nullus Aduocatiæ titulo grauetur, sed à gubernatoribus regni ad petitionem Præpositi & fratrum illic DEO militantium Aduocatus seu Procurator ordinetur, qui absque omni exactione personas & bona tuendo ipsorum prouideat indemnitati. Ordinatus autem, si postmodum ipsis grauis extiterit, remoueatur, & alius substituatur, qui velit tantum diuinæ remunerationis intuitu eos defensare, & ingratitude regis maiestatis euitare. Præpositi etiam, qui pro temporis qualitate eidem præfuerint Ecclesiæ, administrationem in temporalibus per se vel suos prouisores exerceant, nec homines ipsorum pro excessibus, nisi eis aliquo modo cogantur respondere. Quo si fortè profugi eorum in ciuitatem, vel Burgum regni, vel alterius sub Imperio constituti recepti fuerint, cum omni facultate ipsorum reddantur eisdem, nullorum locorum privilegio libertatis obstante: ad iudicium etiam libertatis præscriptæ statuit, ut eadem Ecclesia singulis annis aureum persoluat Romanæ Ecclesiæ. Statuimus insuper regio districtè præcipientes edicto, ut nulla deinceps persona, cuiuscunque sit conditionis, hanc nostram irritare audeat confirmationem, vel sæpeditos fratres in bonis suis aliquo inquietudinis modo grauare. Quod qui fecerint centum libras auri purissimi componant, dimidium fisco, reliquum passis iniuriæ. Testes huius rei sunt *Cunradus Moguntinus* Archiepiscopus, *Rudolphus* Comes Palatinus de *Turvingen*, *Sigibertus* Comes de *VVerde*, *Fridericus* Comes de *Hohenberg*, *Gerhardus* de *Kelbershovve*, *Meingolt* de *Moguntia*, *Cunradus* Capellanus de *Steffovve*, *Rupertus* Ioculator Regis. Acta sunt hæc anno ab Incarnatione Domini 1189. indictione 7. regnante Domino *Henrico* sexto Romanorum Rege glorioso. Datum *Spira* octauo die Septembris.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus. Regiam decet excellentiam iustis petitioni-

bus fa-




bus facilem assensum præbere, ac diligenter eas ad debitum promouere semper effectum. Vnde preces proauunculi nostri *Guuelphonis* illustris viri a quas attendentes Ecclesiam S. *Ioannis Baptistæ* in *Staingaden*, per ipsum in proprio ac libero fundo secundum B. *Augustini* regulam, ad institutionem *Pramonstratensem* liberaliter constructam in plenitudinem grætiæ nostræ suscipimus protectionem, ac præsentis firmitudine priuilegij communimus. Sane omnes concessiones vel donationes, per iam dictum proauunculum nostrum, & nobilem virum *Heinricum* Saxonum Ducem, vel etiam per ministeriales eorundem, seu nostros prænominatæ Ecclesiæ legitimè factas vel perficiendas, ratas & inconuulsas, cum omni iure suo semper esse decernimus. Præterea si qua de nostris ministerialibus, aliqua de suis præfatæ contulerint Ecclesiæ, largitionem eorum ratam esse volumus. Præterea si qua de prædiis, quæ iure proprietatis iam illuc collata sunt nomine beneficij adhuc ab aliquibus detinentur, illis qui ea detinent decedentibus, in vsum fratrum ea de cætero libera esse decernimus, nec quemquam successorum ad alias ea transferre personas volumus. Si quis autem, quod absit contra hanc nostram constitutionem imperialem ausu temerario venire tentauerit, læsionem fratribus illatam plenariè statim emendet, deinde nostro censum libras fisco de publica moneta soluere cogatur. Sunt autem hæc prædia quæ ad instans prædicta possidet Ecclesia, fundus ipse *Staingaden* cum omnibus suis pertinentiis, prædium *Dornorve*, prædium *Celle*, prædium *Schongorve*, *Germaringen*, *Ingenrieth*, *Watinrieth*, *Franckenorve*, *Seon*, *Buringorve*, *Mutartsbouen*, *Adillinderieth*, *Erstingen*, *Tegrinbach*, *Vogehorve*, *Erichesriet*, *Vrbach*, *Sibeneich*, *Igilingen*, *Ardis Hornin*, *Wiedengeltingen*, cum Ecclesiâ, *Hohenfurth*, *Emichenrieth*, *Lulansberg*, *Vrsingen*, *Eppshaim*, *Svvingingen*, *Buldon*, *Husin*, *Franckenriedt*, *Omundingen*, Anno Incarnat. Domini 1189.

**C**elestinus Ep̄s seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Prapósito & fratrib. Monast. de *Staingaden*, & salutem Apostolicam benedictionem. Iustus peccentium desideris dignum est facilem præbere consensum & vota quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus annuentes, Monasterium & personas vestras cum omnibus quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis, Deo propitio poteritis adipisci, sub Beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, specialiter autem ea quæ bonæ memoriæ *Guuelpho*, quondam Dux in Monasterium ipsum construxisse dignoscitur, & dotasse pluribus bonis, & pia deuotione concessit & tradidit, vobis & per vos ipsi Monasterio, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* se nouerit incursum. Datum *Lateran*: 5. Cal. Februarij. Pontificatus nostri an. 3.

**I**n nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Philippus* secundus diuina fauente Clementia *Romanorum* Rex & semper Augustus. Diuinæ remunerationis & equitatis intuitu, ecclesiis à progenitoribus nostris fundatis, non solum tradita beneficia conseruare tenemur, verum etiam de concessis nobis à Deo aliquibus feliciter erogare, & circa tranquillitatem ipsarum & augmentum operam efficacem & curam adhibere diligentem. Ea propter omnibus Christi fidelibus, tam posteris quam modernis, notum esse volumus, quod nos animaduerten-

tes diuinæ religionis cultum, & honestam fratrum conuersationem Monasterij *Staingadenfis*, quod fundauit prædictus Auunculus noster inclitus Dux *Guelpho*, & propriis curauit prædiis ditare, quodque pro eo, & omnib. posteris eius preces sine intermissione fundantur ad Dominum, ipsum Monasterium cum omnibus suis pertinentiis, in plenitudinem gratiæ nostræ & sub specialem maiestatis nostræ suscipimus protectionem, ad honorem Domini & *S. Ioannis Baptistæ* fratrib. Deo illic militantib. ex innata nobis benignitate confirmantes, quicquid ante dictus auunculus noster & kñi fratres nostri *Heinricus* gloriosus *Romanorum* Imperator & *Conradus* illustris *Sueuorum* Dux pro remedio animarum suarum Monasterio eorum contulerunt & confirmauerunt, & quæ nos ipsi vel alius quisquam eis donauit, quæue imposterum iusto acquisitionis titulo præstante Domino poterunt adipisci. Possessiones verò quas in præsentiarum obtinent propriis duximus exprimendas uocabulis: *Fundus* uidelicet in quo ipsum Monasterium situm est, totamq; terram claustrum adiacentem ab amne qui dicitur *Rotenbach*, & à fluuio *Lico*, usque ad fluuium qui dicitur *Hylabe*, cum uis, semitis, prædiis, agris, cultis & incultis, cum aquis aquarumq; decuribus, molendinis, piscationibus, montib. & nemoribus, cum mācipiis & colonis & cum omnib. pertinentiis suis ex integro. Insuper prædium *Dornouue*, prædium *Celle*, prædiū *Schongarou*, prædiū *Hohensfurch*, prædiū *Germaringen*, prædiū *Ingenriet*, *Seon*, *Burenchorouue*, *Emichenriet*, *Franckenouue*, *Watertinriet*, *Franckenriet*, *Ausén*, *Burè*, prædiū *Mothandubouen*, *Adillinriet*, *Erstingen*, *Tegrinbach*, *Vockegouue*, *Urbach*, *Chistlingen*, *Vrsingen*, prædiū in *Sybenach*, quæ dicitur *Herwannus* de *Mallinsietz*, curiā *Widergeltingen*, cum Ecclesia & omniure, curiam *Stadeln*, curiam *Beitingau* cum pertinentiis suis, Ecclesiam *Brem*, *Lüllansperg*, *Ettinhusin*, curiam *Horne* cum piscationibus, & omnibus appendicijs suis. In montanis curiam *Scardis*, curiam *Lömun*, curiam *Flagnabe*, *Bona Vmiste*, curiam *Omindingen*. Præterea nouale vnum quod vocatur *Vrennute*, & prædium *Langeuuil*, tradita à fratribus nostris *Friderico* & *Conrado* *Sueuorum* ducibus. Indulgemus adhæc fratribus memoratis, ut quicquidq; hominum nostrorum *Fiscalinorum*, siue etiam ministerialium offerre se & bona sua ad eos uoluerit, liberè facere possit, & absque consensu nostri requisitione. Statuentes & regio districtè præcipientes edicto, ut nulla deinceps persona, cuiuscunque sit conditionis, hanc nostram irritare audeat confirmationem, vel sæpeditos fratres in bonis suis aliquò inquietudinis modo grauare: quod qui fecerit, centum libras auri purissimi componat, dimidium fisco nostro, reliquum passis iniuriam. Testes huius rei sunt *VVolfgerus* *Patauien*, Episcopus, *Bertoldus* *Dux Merania*, *Svvingerus* de *Mindelberch*, & alij quam plures.



Signum Domini *Philippi* secundi *Rom.* Regis inuictissimi Ego *Conradus* *Herbipolensis* Episcopus & Imperialis Aulæ Cancellarius recognoui. Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini 1201. Indictione 5. Regnante Dño *Philippo* II. *Romanorum* Rege glorioso, Anno regni eius 4. Datum apud *Norinberg* 12. Cal. Octobr.

**I**NNOCENTIVS Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Abbati *Staingaden*si *Pramonstrat.* ordinis, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petatur quod iustum & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigat rationis, viid per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecte in Domino fili, tuis iustis postulationib. inclinatus, viles constitutiones à bonæ memoriæ *Guelphone*, tui Monasterij fundatore providè factas & rationabiles consuetudines ibidem observatas, hæcenus approbantes, illas auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communitimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum *Lateran.* 3. Cal. Martij. Pontificatus nostri an. II.

**H**ONORIVS Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Abbati *Pramonstrat.* salutem & Apostolicam benedictionem. Charissimus in Christo filius noster *F. Sicilia* Rex illustris in *Roman.* Imperatorem electus, nobis in sinuare curavit, quod cum clara memoriæ Dux *Guelpho* prædecessor ipsius Ecclesiam, Beati *Iwannis Baptiste* de *Staingaden.* *Pramonstrat.* ordinis, pia devotione construxerit & dotaverit illam quibusdã libertatib. & immunitatib. muniendo, tu licet prædecessores tui eam in sua libertate hæcenus conservauerunt, statim eisdem nobilis super libertatibus & immunitatibus, ipsis cepisti pro tuæ voluntatis arbitrio violare. Volentes igitur ut quod super hoc piè ac providè factum est, à Duce prædicto, debitam obtineat firmitatem, discretionem tuam monendam duximus & hortandam per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus Ecclesiam ipsam in ea libertate conserves, in qua prædecessores tui eandem, noscuntur vsque ad tua tempora conservasse. Datum *Lateran.* 3. Idus Aprilis pontificatus nostri anno 3.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis *Fridericus* Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus & Rex *Sicilia*, &c. Diuinæ remunerationis intuitu & æquitatis Ecclesiis, à progenitorib. nostris fundatis, non solù tradita beneficia conservare tenemur, verùm etiam de concessis nobis à Deo aliqua eis feliciter erogare, & circa tranquillitatem ipsarum & augmentum operam efficacè & curam adhibere diligentem. Eapropter omnibus Christi fidelibus, tam posteris quam modernis notum esse volumus, quod nos animadvertentes diuinæ religionis cultum, & honestam fratrum conversationem Monasterij *Staingaden*sis quod fundavit prædilectus consanguineus noster inclitus Dux *Guelpho* & propriis curavit prædiis ditare, quodq; ibi pro eo, & omnibus posteris eius, preces sine intermissione fundantur ad Dominum, ipsum Monasteriũ, cum oibus sibi pertinentib. in plenitudine gratiæ nostræ, & sub specialè Maiestatis nostræ suscipimus protectionè ad honorè Dei & *S. Iwannis Baptiste* fratrib. ex innata nobis benignitate confirmantes, quicquid antedictus consanguineus noster, & gloriosus pater noster, inviditissimus Imperator *Heinricus*, & charissimus patruus noster *Conradus* Illustris *Saxenorum* Dux pro remedio animarum suarum Monasterio eorum contulerunt, confirmauerunt & quæ nos ipsi vel alius quisquam eis donavit quæve in posterum iusto acquisitionis titulo præstante Deo, poterunt adipisci. Possessiones vero, quas in præsentiarum obtinent propriis duximus exprimendas vocabulis, fundum videlicet, in quo ipsum Monasterium situm est totamque terram claustrò adiacentem, ab amne qui dicitur *Ro-*  
*tenbach*

zenbach vsque ad amnem qui vocatur *Marbach*, & à fluuio *Lico*, vsque ad fluuium quid dicitur *Hylake*, cum viis, semitis, pratis, agris, cultis & incultis, cum aquis, aquarumque decursibus, Molendinis, Piscationibus, montibus & nemoribus, cum mancipiis & colonis, & cum omnib. pertinentiis suis ex integro. Insuper prædiū *Dornorve*, prædiū *Celle*, prædiū *Schongorve*, prædiū *Hohirfurch*, prædiū *Germaringen*, prædiū *Ingenriedt*, *Sevvō*, *Burenhorve*, *Emichenriet*, *Frackenhorve*, *Waterlinrieth*, *Franckenriet Hüfen*, *Beurn*, prædiū *Modawisthouen*, *Adillinriet*, *Ersingen*, *Tegrinbach*, *Vobegorve*, *Vrbach*, *Chistilingen*, *Vrsingen*, prædiū in *Sybenach*, prædiū in *Iglingen*, decimam apud *Sybenach*, quam dedit *Hermannus de Mallinsietzen*, curiam *Widergeltigen*, cum Ecclesia & omni iure, curiam *Stadeln*, curiam *Beytingē*, & Ecclesiam cum omni iure, Ecclesiam *Brehm*, *Lullansperck*, *Diezenhausen*, curiam *Home*, cum piscationibus, & omnibus appendicijs eius, in montanis curiam *Scardis*, curiam *Lömun*, curiam *Hatbnach*, Bona *Vmste*, curiam *Omindingen*. Præterea nouale vnum quod vocatur *Vronrute*, & prædiū quod vocatur *Langemos*, tradita à patris nostris *Friderico* & *Conrado Sueuorum* ducibus, Indulgemus adhæc fratribus memoratis, vt quicumque hominum nostrorum *Fiscalinorum*, siue etiam ministerialium offerre se & bona sua ad eos voluerit, liberè facere possit, & absque consensus nostri requisitione. Statuentes & regio districtè præcipientes edicto, vt nulla deinceps persona, cuiuscunque sit conditionis, hanc nostram irritare audeat confirmationem vel sapeditos fratres, in bonis suis aliquo iniquitudo modo grauare, quod qui fecerit, centum libras auri purissimi componat, dimidium fisco nostro, reliquum passis iniuriam. Testes huius rei sunt *Sifridus* Episcopus, *Chuno Elvvangen*, & *Fulden* Abbas, *Bertoldus de Tanneberg*, *Swiggerus de Mindelberch*, *Engelscalcus* & *Hermannus de Heginberc*, *Vricus* Præpositus de *Möringen*, & alij quam plures: Signum Domini *Friderici* Regis Rom. inuictissimi & Regis *Sicilia*.

NO  
REG  
E

Ego *Conradus Spiren* & *Meten*: Episcopus, & Imperialis Aulæ Cancellarius recognoui. Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini 1220. Indictione 7. Regnante Dño *Friderico* Romanorum Rege glorioso, Anno regni eius 8. Datum apud *Augustam* 16. Cal. Septembr.

**FRIDERICVS** Dei gratia *Rom*: Rex semper Augustus & Rex *Sicilia*. Cum ex debito regie maiestatis omnia quæ vel quarimoniosè aut aliquorum lite ad nostram deferunt præsentiam ad tranquillitatem pacis reformare teneamur, maximè tamen Ecclesiarum Dei grauamina & iniurias præ cæteris extirpare, & contra futuros impetus malignorum hominibus sacre religioni dicatis, munimen protectionis nostræ porrigere & volumus & debemus. Notum igitur esse cupimus præsentibus & futuris quod cū quodā tempore de *Sybenach* aduocatum bonorū Ecclesie de *Staingaden*, ibidem in villa sitorum, sibi vendicaret *Heinricus de Sibenaich*, quæ soli protectioni nostræ & heredum nostrorum sine omni exactione sunt subiicienda, & à nobis nunquam alienanda, aut à nostris progenitis ipse *Heinricus* iam dictus & *Gebero* venerabilis prædictæ Ecclesie Præpositus, super hoc apud *Augustam* ad nostram conuenerit præsentiam, vbi prædictus *Heinricus* recognoscens se in antedicta aduocatia, prædictam

Ecclesiam indebitè & contra iustitiam grauare & omnem ius & actionem in aduocacia bonorum supradictorum, scilicet ville totius *Sibenaich*, ab inclito Duce *Guelphone* seu *Manegoldo*, aut quocumque alio *Staingadensis* Ecclesie illic collatorum, in manibus nostris penitus dimittendo resignauit, in agris, in pratis, in pascuis, in piscinis & nemoribus, & in omnibus pertinentiis villa, ut nec ipse aliquis, ab ipso genitus, aut dolo, aut ingenio aliquis subintroductus, ab eo postmodum prædictos fratres, in aduocacia, totius future malignitatis præsens scriptum sigillo nostro communitum prædicto Præposito *Geberone* & confratribus eius contulimus, & libertatem eiusdem aduocacie secundum quod Magnificus progenitor noster Dux *Guelpho* & Imperator *Augustus* & pater noster ipsi vsque ad tempora nostra exaltationis conseruauerunt, & sigillis & priuilegijs confirmauerunt, & nos perpetuo ipsi confirmamus, & stabilimus. Testes quoque fideles nostros & imperij in præsentia nostra, eo tempore constitutos. In cuius rei testimonium uocauimus *Aug.* Ecclesie Episcopum, & *Heinricum* de *Nisen*, *Berchtoldum* de *Tanneberch*, *Eberhardum* *Dapiferum* de *Tanne*, *Suuigerum* de *Mindelberch*, *Vlricum* Præpositum de *Moringen*, & alios quam plures. Acta sunt hæc anno Dominice Incarnationis 1220. Datum apud *Augustam* 3. Calendas Augusti, Indictione octaua.

**C**ONRADVS diui Augusti Imperatoris *Friderici* filius, Dei gratia *Rom.* in Regem electus, semper Augustus, & hæres regni *Iherusalem* tenore præsentium notum esse volumus vniuersis fidelibus nostris & Imperij tam præsentibus quam futuris, quod nos pijs ac deuotis supplicationibus *Eberhardi* venerabilis Præpositi Monasterij de *Staingaden*, & fratrum Monachorum eiusdem pium & beneuolum præstantes assensum, Monasterium ipsum cum personis Deo ibidem famulantibus ac omnibus bonis suis sub protectione nostra & Imperij recepimus speciali, rata ex nunc & in perpetuum habere uolentes omnia priuilegia indulta ipsi Monasterio, à quondam Duce *Guelphone* cunctisque alijs felicis memorie progenitoribus nostris, cum omnibus libertatibus quæ in ipsis priuilegijs ad usum & utilitatem ipsius Monasterij contineri noscuntur. Quare mandamus ex parte Imperiali & nostra, & firmiter inhibemus quatenus nulli personæ liceat Ecclesiasticæ vel mundanæ præfatū Monasterium contra tenorem prædictorum priuilegiorum impetere aliquatenus vel aliquibus offensionibus perturbare. Nam si quis contra præsentis scripti nostri tenorem venire præsumperit, indignationem Imperialem & iracundiam se nouerit incursum. Pro cuius rei memoria & robur imposterum ualiturum præsens scriptum fieri & sigillo nostræ celsitudinis iussimus communiti. Datum apud *Augustam* anno Dominice incarnationis 1254. Mense Februario nona indictione.

**I**N nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amen. Ego *Conradus* Dei gratia *Iherusalem* & *Sicilia* Rex ac Dux *Sueuia*. Tenore præsentium notum esse volumus vniuersis fidelibus nostris tam præsentibus quam futuris, quod nos pijs & deuotis supplicationibus *Berchtoldi*, venerabilis Præpositi Monasterij de *Staingaden*, & fratrum eiusdem, pium & beneuolum præstantes assensum, Monasteriū ipsum, cū personis Deo ibidem famulantibus ac omnibus bonis suis sub protectione nostra recepimus spirituali, rata ex nunc & in perpetuum habere uolentes omnia priuilegia indulta ipsi Monasterio, à quondam Duce *Guelphone*, cunctisque alijs felicis memorie progenitoribus nostris, cū omnibus libertatibus quæ in ipsis priuilegijs, ad usum & utilitatem ipsius Monasterij contineri,

neri noscuntur. Quare mandamus, ex parte Dominationis nostræ firmiter, inhibemus quatenus nulli personæ liceat Ecclesiasticæ vel mundanæ præfatum Monasterium, contra tenorem prædictorum privilegiorum impetere, aliquatenus vel aliquib. offensionibus perturbare. Nam si quis contra præsentis scripti nostri tenorem venire præsumpserit, indignationem nostram se noverit incursum. Pro cuius rei memoria & robur impostero valiturum præsens scriptum fieri & sigillo nostræ celsitudinis iussimus communiri. Testes huius rei sunt *Volmarus de Kaminatu*, & filius eius *Marquardus, Hermannus de Haiginberch, Cunradus de Schrvvanegou, Bartholomæus de Waal, Hermannus de Dachselberch, Cunradus de Balduvide, Bartholomæus de Schrvvanegou, Cunradus de Lechsberch*, & alij quâ plures. Datum apud *Staingaden*, Anno Dominicæ Incarnationis 1263. 18. Cal. Maij. Indict. 6.

**A**lbertus Dei gratia *Romanorum* Rex semper Augustus, vniuersis sacri Romani Imperij fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam & omne bonum. Ex omni parte religiosorum virorum Præpositi & Conuentus Ecclesiæ S. *Ioannis Baptistæ in Staingaden Pramonstratenfis* ordinis *Augustensis* Diocœsis, deuotorum nostrorum dilectorum celsitudini nostræ extrinse humiliter supplicatum, quod nos privilegium claræ recordationis *Heinrici Regis Romanorum* nostri prædecessoris ipsis traditum & concessum, approbare, innouare & confirmare de benignitate regia dignaremur. Cuius privilegij tenor talis est.

**I**n nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* Dei gratia *Romanorum* Rex & semper Augustus. Regiam decet &c. vt supra.

**N**os itaque prædictorum Præpositi & Conuentus precibus fauorabiliter annuentes prænominatum privilegium de verbo ad verbum prout superius est expressum approbamus, innouamus, confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ approbationis, innouationis & confirmationis paginam infringere, vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui attentare præsumpserit, grauem nostræ maiestatis offensam se noverit incursum. In cuius rei testimonium & euidenciam sempiternam, præsens scriptum exinde conscribi, & Maiestatis nostræ sigillo iussimus roborari. Datum in *Hagenovve* Nonis Maij, indictione 12. an. Domini 1299 Regni verò nostri anno primo.

**H**einricus Dei gratia *Romanorum* Rex semper Augustus, vniuersis sacri Romani Imperij fidelibus, præsentis litteras inspecturis gratiam suam & omne bonum. Ex parte religiosorum virorum Præpositi & Conuentus Ecclesiæ S. *Ioannis Baptistæ in Staingaden Pramonstrat.* ordinis *Augustensis* Diocœsis, deuotorum nostrorum dilectorum celsitudini nostræ extrinse humiliter supplicatum, vnde nos privilegium claræ recordationis *Heinrici Regis Romanorum* nostri prædecessoris ipsis traditum & concessum approbare, innouare & confirmare de benignitate regia dignaremur, cuius privilegij tenor talis est.

**N**os itaque prædictorum Præpositi & Conuentus precibus fauorabiliter annuentes, ipsos & Ecclesiam suam, cum omnibus bonis & possessionibus suis de nouo in nostram & imperij protectionem suscipimus specialem, volentes vt nullus eis inferat iniuriam aliquam vel grauamen, & prænominatum privilegium de verbo ad verbum prout superius est expressum, saluo

iure nostro & Imperij ad instar diuinæ recordationis *Alberti Rom: Regis*, antecessoris nostri approbamus, innouamus, confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ approbationis, innouationis, confirmationis paginam infringere, vel ei aliquo ausu temerario contraire. Quod qui attentare præsumpserit, grauem nostræ maiestatis offensam se nouerit incursum. In cuius rei testimonium, & euidenciam sempiternam præsens scriptum conscribi & Maiestatis nostræ sigillo iussimus roborari. Dat. in *Nördlingen* 12. Cal. Iulij, Indict. 7. Anno Domini 1309. Regni verò nostri anno primo.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fridericus Dux Sueuorum*. Quia iustis semper precibus, maximè religiosorum, debent patere aures Principum. Propterea ego *Fridericus Dux Sueuorum* honestam petitionem *Conradi* venerabilis Præpositi de *Staingaden*, fratrumque ipsius ad effectum perducere dignum duxi. Donationes igitur prædiorum, in quibus ipsa Ecclesia *S. Iohannis Baptistæ* in *Staingaden* fundata est, vel posteris ditata ratas & inconuulsas permanere uolens, huius scripti firmitudine, prædicto *Conrado*, & eius successoribus eas in posterum roborauit, ut tam in acquisitis, quam in acquirendis, nullas inquietationis causas Deo ibi militantes in posterum sustineant, iuxta formam ergo traditionis & scriptæ confirmationis quam magnus Auunculus meus, illustris vir *Guuelpho* prædicto loco fecit, ego per omnia plenum adhibeo consensum & quicquid in his ratum habuit ratum habeo, & hoc in posterum scripti huius pagina confirmo. Præterea si quis ministerialium meorum de rebus suis mobilibus vel immobilibus præfato loco aliqua contulerit approbo, & libens permitto, si verò aliqua de prædiis, quæ iure proprietatis prænominate sunt Ecclesiæ collata, nomine beneficij ab aliquibus detinentur, illis qui ea detinent decedentibus, in usum fratrum ea de cætero libera esse decerno, nec quicquam successorum meorum ad alias ea transferte personas uolo. Possessiones etiam prædicti loci nominatim expressas subscripsi, fundum *Staingadensē*, cum omnibus pertinentiis suis, qui sic extentitur, ab amne qui dicitur *Rotenbach*, usque ad amnem qui uocatur *Marbach*, & à fluuio *Lico*, usque ad fluuium *Ilach*, prædium *Sybenach*, *VVidergeltingen*, *Alingriet*, *Schongorwe*, *Dornorwe*, *Celle*, *Horne*, *Sardis*, & alia prædia quæ plenius in Ducis *Guuelphonis* conscripta inueniuntur. Testes sunt *Guuelpho* Dux, *Heinricus* Marchio de *Rimibere*, *Rudolphus* Palatinus de *Tubingen*, *Hartmannus* de *Kirchberg*, & filius eius *Hartmannus*, *Bertoldus* Comes de *Zolrn*, *Bernhardus* Comes & frater eius *Gebhardus* de *Tollenstaine*, *Adelbertus* Comes & frater eius *Conradus* de *Chalorwen*, Præpositus de *Sindolingen*, & ministeriales Ducis *Vieto* de *Rauenperg*, *Heinricus* *Tumbo*, *Hermannus* de *Mallenfietz*, *Ortolfus* & frater eius *Heinricus* de *Schmaleneck*, *Heinricus* de *Tungehorwe*, *Albertus* de *Summerhorwe*, *Eberhardus* de *Tanne*. Data *Hofin* iuxta *Rhenum*. 4. Cal. April.

*Fridericus Dux Sueuorum.*

### Catalogus Abbatum Monasterij

*Staingaden.*

- I. Dn. ANSELMVS primus huius Monasterij Præpos. ex *Rothens* Abbacia propè *Memmingam* sita assumptus, præf. adhuc Fundatore annis 151. obiit. an. 1162. II. Dn.

- II. Dn. CONRADVS elig. an. 1162. sub eius guberatione literæ erectionis erectæ & confirmatæ sunt, præfuit an. 28. ob. an. 1190.
- III. Dn. GEBESOI. el. an. 1190. præf. an. 8. decessit an. 1198.
- IV. Dn. WALTHERVS el. an. 1198. Præposituræ præfuit an. 10. vitam cum morte commutauit an. 1208.
- V. Dn. BERTHOLDVS I. elig. an. 1208. rexit an. 16. ob. an. 1223.
- VI. Dn. GEBESOI. elig. an. 1223. præf. an. 16. defunct. an. 1239.
- VII. Dn. BERTHOLDVS II. præf. an. 1239. gubernauit an. 26. ob. 1265.
- VIII. Dn. MANEGOLDVS præfuit in vniuersum an. 5. ob. an. 1270.
- IX. Dn. EGENO elig. an. 1270. rexit an. 11. mor. an. 1281.
- X. Dn. DIETHERIVS constituitur ppositus an. 1281. p. an. 12. ob. an. 1293.
- XI. Dn. EBERHARDVS el. an. 1293. clauum tenuit reg. an. 18. defunct. an. 1311.
- XII. Dn. VDALRICVS præfidere cepit an. 1311. præf. an. 26. ob. an. 1337.
- XIII. Dn. BERTHOLDVS III. el. an. 1337. præf. an. 32. vita excessit an. 1369.
- XIV. Dn. BERTHOLDVS IV. elig. an. 1369. præf. an. 10. ob. an. 1379.
- XV. Dn. IOANNES I. el. an. 1379. præfedit an. 6. defunct. an. 1385.
- XVI. Dn. CONRADVS II. præf. an. 1385. rex. an. 7. decessit an. 1392.
- XVII. Dn. VDALRICVS II. elig. an. 1392. præf. an. 8. migravit è vita an. 1400.
- XVIII. Dn. PETRVS præfuit annis duobus resignauit an. 1402.
- XIX. Dn. IOANNES II. *Sürgius*, ex nobili familia de Sürgenstein, adsciscitur ex monasterio *Rotbensi* & Præposituræ huic præficitur, an. 1402. Hic videns cænobium ad extremam inopiam ac ruinam deuenisse; *Martinum V.* Pont. Max. *Constantiæ* adiit, & ab eo literas Papales impetrauit contra omnes eos, qui Monsterij bona per vim vel fraudem occuparant, & iniuste tenebant: quibus mandabatur, vt bona occupata, sine contradictione redderent. Præfuit laudabiliter annis 29: vt merito à *Güelphone* alter Fundator dicatur, ob. an. 1431.
- XX. Dn. IOANNES III. *Scheütterer*, *Sürgij* successor, tertio regiminis sui anno Abbatis dignitatem & ornamenta consecutus, primus huius loci Abbas numeratur, præf. an. 14. decessit an. 1445.
- XXI. Dn. IOANNES IV. el. an. 1445. rex. an. 5. ob. an. 1450.
- XXII. Dn. CONRADVS III. el. an. 1450. præf. an. 6. decessit. an. 1456.
- XXIII. Dn. CASPARVS præficitur an. 1456. rex. an. 35. ob. an. 1491.
- XXIV. Dn. VITVS constituitur Abbas an. 1491. p. an. 9. denascitur an. 1500.
- XXV. Dn. VDALRICVS III. al. *Sellarius* dictus, el. an. 1501. sedit an. 23. ob. an. 1523.
- XXVI. Dn. IOANNES V. dict. *Dimpt*, designatur Abbas an. 1523. præf. an. 12. ob. an. 1535.
- XXVII. Dn. MICHAEL *Moser* el. an. 1535. rex. an. 18. ob. an. 1553.
- XXVIII. Dn. IOACHIMVS *Salicetus* præf. an. 1553. decessit an. 1580.
- XXIX. Dn. GALLVS el. an. 1580. præf. an. 26. ob. an. 1606.
- XXX. Dn. GEORGIVS, modernus Abbas, in numero Abbatum vndecimus;

## Sequuntur aliquot confirmationes.

Gregorius Tertius Seruorum Dei, dilectis filiis Præposito & Conuentui Monasterij in *Steingaden* Ordinis *Premostraten. Augustana* Diæcesis, Salutem & apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id p sollicitudinem



officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras & Monasterium in *Staingaden*, in quo diuino mancipati estis obsequio, cum omnibus bonis, quæ in presentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum presentante Domino, justis modis poterit adipisci, sub Beati *Petri* & nostra protectione suscipimus: Specialiter autem Ecclesiam *S. Georgij* in *Sybenach*, cum pertinentiis suis, quam Venerabilis frater noster *S. Augusten*, Episcopus, specialem ad eum, Capituli sui accedente consensu, vobis pia & prouida liberalitate donauit, pro vt in literis inde confectis plenius dicitur contineri, nec non terras, possessiones, & alia bona vestra, sicut ea iuste omnia ac pacifice possidetis, vobis & eidem Monasterio per vos auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei assensu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se noverit incursum. Datum *Lateran*. II. Id. April. Pontificat. nostri an. 12.

**L**vdovicus Dei gratia *Rom.* Rex semper Augustus. Vniuersis sacri *Rom.* Imperij fidelibus presentes literas inspecturis, gratiam suam & omne bonum. Ex parte religiosorum virorum Præpositi & Conuentus in *Staingaden* clementiæ regiæ humiliter supplicatum, quatenus literas diuæ memoriæ quondam dominorum *Heinrici* & *Alberti* Romanorum Regum prædecessorum nostrorū Illustrium, sub eiusdem Domini *Alberti* vero & pendenti sigillo conscriptas, & dicto Monasterio concessas, cum quibusdam bonis ipsi Monasterio conquisitis, & infra expressis confirmare auctoritate regia dignaremur: Quarum quidem literarum tenor per omnia dignoscitur esse talis: *Albertus* Dei gratia *Romanorum* Rex &c. vt supra pag. Nos igitur religionis fauore, & vt factæ donationes dicto Monasterio certius innoventur, singula in præmissis literis *Heinrici* eidem Monasterio donata & concessa, & per dictum *Albertum* postmodum confirmata, cum bonis postmodum ipsi Monasterio de nouo conquisitis, videlicet possessiones in *Holzhausen* cum Ecclesia ibidem, possessiones in *Husen* prope *Waal*, cum Ecclesia ibidem, possessiones in *Vrsingen* superiori & inferiori cum Ecclesia ibidem, Villam in *Laisershouen* cum Ecclesia ibidem, possessiones in *Trangou* cum Ecclesia ibidem, prædia in *Kinberg*, prædia in *Witb*, prædia in *Rammingen*, prædia in *Ringolriet*, & in *Husen* prope *Mindelheim*, curiam in *Latmzingen*, curiam in *Erringen*, decimam in *Vtingen*, prædia in *Mur* & in *Emmingen*, oppidum in *Birkberg*, & duo prædia in *Wil*, prædia in *Niederhouen* cum Ecclesia ibidem, sicut ea ritè & legitime possidet, potestate regia similiter approbamus, innouamus, confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. In cuius rei testimonium presentes literas conferibi, & nostræ Maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum *Augusta* Nonis Decembris, Anno Dñi 1322. Regni verò nostri anno nono.

Ead. privilegia & concess. confirmavit quoque Carolus IV.  
Imp. an. 1354.

**S**igismundus D. g. *Romanorum* Rex semper Augustus, ac *Vngarie*, *Bohemia*, *Dalmatia*, *Croatia* &c. Rex, ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore presentium vniuersis, ad hoc summi dispensatione præsidij principalis Monarchiæ obtinuisaus Principatum, ad hoc sacri Imperij insigne suscepimus diadema, vti ad alia extrinseca nos sollicitudo continuo prouocet, ad ea tantè  
quæ

quæ statim felicem & quietum ac incrementum jurium, gratiarum & libertatum personarum religiosarum prospiciunt, tantò intendamus vberius, quanto nostram præ cæteris mundi principibus solum magnificentius crexit celestis prouidentia creatoris. Sanè pro parte Religiosorum Præpositi & Conuentus Ecclesiæ S. Ioannis Baptistæ in *Staingaden Angusten*. Diæcesis & ordinis *Præmonstraten*. deuotorum nostrorum dilectorum nostræ Celsitudini exitit humiliter supplicatum, quatenus ipsis & eorum Monasterio vniuersa & singula jura, gratias, priuilegia, libertates, indulga, munimenta, literas, bona, possessiones & prædia, ipsis à Diuis Romanorum Imperatorib. atq; Regibus, prædecessoribus nostris felicissimæ recordationis data, donata, & concessa, datas, donatas, & concessas, & signanter literas quasdã Sec. morum Principum *Henrici & Caroli* genitoris nostri, prædecessorum nostrorum, & omnia in eisdem contenta, de benignitate regia ratificare, approbare & confirmare gratiosius dignaremur. Nos itaq; supplicationibus huiusmodi Maiestati nostræ, pro præfatis Præposito & Conuentu Monasterij prælibati humiliter factis, benignius inclinati, considerantes, & que petitionem ipsorum rationabilem atque iustam, ipsis & eidem Monasterio vniuersa & singula jura, gratias, priuilegia, libertates, indulga, munimenta, literas, bona, possessiones & prædia per ipsos, à Diuis Rom. Imperatoribus atque Regibus, & signanter à Serenissimis Principibus *Henrico & Carolo* Rom. Regibus obtenta & obtentas, in omnibus suis punctis, clausulis, sententiis, & articulis, nõ per errorem aut improvidè, sed sano Principum, Comitum, Baronum, & Procerum nostrorum accedente consilio, ex certa scientia & de Romanæ Regiæ potestatis plenitudine approbauimus, ratificauimus, innouauimus & confirmauimus: approbamus, ratificamus, innouamus, & tenore præsentium gratiosius confirmamus, decernentes ea, & eas perpetuam obtinere roboris firmitatem, ac si præsentibus de verbo ad verbum seriatim essent inserta, ac inserta. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc nostræ approbationis, ratificationis, innouationis & confirmationis paginam infringere, aut ei quouis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem nostram grauissimam, & pœnam in literis prædecessorum nostrorum contentam, & signanter in literis dictorum Serenissimorum Principum *Henrici & Caroli*, se noverit incursum; mediam nostro & Imperij sacri ærario, & residuam partem dictis Præposito, Conuentui & Monasterio in *Staingaden* irremissibiliter persoluentiam, Præsentium sub nostræ Maiestatis sigillo testimonio literarum. Datum *Feltra, Nauensis* Diæcesis, anno Domini 1425. 26. die Martij, Regnorum nostrorum anno *Vngaria 28. Romanorum 15. Bohemia* verò quinto.

## S V B E N.

Iuxta Oenum in Inferiore Bauaria Engelbertus, certius huius nominis Dux <sup>Auent. in</sup> Charinthiæ de familia Comitum Ortenbergenfium vnà cum coniuge sua <sup>annal. fol</sup> Vta <sup>552.</sup> Comitissa de Sulz pach, seu, vt alij ponunt, de Bücten, quod verisimilius puto, constituerunt, seu, vt vulgò dicitur, fundarunt Monasterium Suben; pro Canonicis Regularibus S. Augustini, quod hodie valde exiguas ac tenues habet redditus. In quodam scripto Catalogo Episcoporum Tridentinorum, ex Iohanne Pincio, reperio ita scriptum, Altemannus ex Comitibus Bauariæ fundator Monasterij Suben, Diæcesis Pataviæ, &c. Episcopus 67. Auentino plus crediderim, qui sine dubio vetera monumenta illius Monasterij vidit.

## ADDITIONES.

EX antiq. Monument. & moderni Præpositi *Suben*. literis apparet, haud omnino abs re esse, quæ de fundatoribus huius Monasterij *IVTA*, & *Altmanno* Episcopo *Tridentino* narrantur.

Tute